Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



audi quid post haec [illegible]tinuis collecti murmu
rantem poplm consequatur. [illegible] In numero
rum libro refertur quod et in suis scriptis reexuit
apostolis dicens. Neque murmuraueritis sic
quidam ex ipsis murmuraverunt et a serpentibus
interierunt. [illegible] murmurantem poplm uenenatis in
heremo serpentum depascitur morsus. Uideamus
nos qui haec audimus nos in quam pro quibus scrip
ta sunt. illis enim ad correptionem facta sunt.
scripta sunt autem propter nos in quos fines saeculorum
deuenerunt. si non desinemus murmurantes. si
non cessamus aquuerelis nris quas frequenter
habemus aduersum dm. obseruemus ne simile offen
sionis incurramus exemplum. Et enim cum de caeli in
temperiae de infecunditate fructuum. de seri
tate imbrium de prosperitatibus aliorum. et de aliorum
in prosperitate causamur. hoc est aduersum dm
murmur ad tollere. sed haec initia habentibus
ignoscuntur. In eos uero qui non desinunt. grauiter
uindicantur. Mittuntur namque in eos serpentes
id est in mundis spiritibus traduntur uenenatisque
daemonibus. qui eos morsibus occultis ac latentibus
perimant atque internis et intra cordis penetra
lia conclusis cogitationibus adsumant. Sed ob